



Lang VI 182

Occasionalia  
p. 111  
vol. 22  
W-182.

W-182



**DECVS PALMARE,**

QVOD

**V I R O**

MAXIME REVERENDO, NOBILISSIMO  
ATQVE DOCTISSIMO

**IO. CASPARO  
LOESCHERO,**

ECCLESIAE LVSCAVIENSIS PASTORI,  
ET EPHORIAE COLDICENSIS ADIVNCTO  
MERITISSIMO,

CVM D. XI. IVLII ANNO CLO DCC IX.

**PRO LICENTIA**

CONSEQVENDI SVMMOS IN S.S. THEOLOGIA  
HONORES PVBLICE DISPVTARET,  
CONSECRARVNT

**COMMENSALES**

**VVOLFFRAMSDORFFIANI.**

---

VITEMBERGAE,  
LITERIS CHRISTIANI GERDESII.





MAXIME ET VINDICANDISSIMO

\* \* \* \* \*



Nter Romanos, Martis grassante  
furore,  
Strenuus adversos olim qui latus  
in hostes

Intrepidæ dabat mentis præstantia signa,  
Non urgere manu cessabat, & ense feroce  
Hostem; spe fretus, capiendi proemia clara,  
Non nisi prostrato Romani nominis hoste,  
Terræ retro pedem figens, a Marte redibat.  
Hinc magnus vertens superato victor ab hoste,  
Præclaram meritæ laudem victoriæ habebat:  
Victori Magnos urbs Roma ferebat honores,  
Lætitiæque viæ magna plausuque fremebant,  
Undi-



Undique votivis verbis, & plebe fonante:  
Præcipuo Palmæ fulgebat victor honore,  
Virtuti necerant celebranda Trophæa negata,  
Præclare gestas res declarantia Marte.  
Sed quid? quæ nobis referunt quoque grata  
Camæna:

Nostrum LOESCHERUM, Lumen prælu-  
stre Sionis,

Ornat jure decus parti palmare Triumphî.  
Militiæ Christi fuit hic fortissimus Heros;  
Durum pro Christi populo certamen inivit,  
Hostibus adversis, tectus coelestibus armis,  
Restitit immotus, minus & porrexit is herbam.  
Fortis ovile Dei defendit, vimque luporum  
Depulsam fudit, monstrans sua fortia facta;  
Clarus & ut victor prostrato cesit ab hoste.  
Hinc, LOESCHERE, Tibi, Sidus prælustre  
Sionis,

Dantur, quæ meruit virtus tua, præmia jure,  
Quamque Tibi sacri Palmam meruere labores.

Omnes

Omnes applaudunt Musæ, mirantur & omnes,  
Hoc, quod non dudum sis condecoratus honore.  
Leucoris exultans de tali gaudet honore,  
Splendida quod capiat virtus tua digna brabea,  
Heic, ubi cum Musis Pietas sacra castra locavit.  
Quidni lætemur? jungamus vota Camænis:  
Hoc nostri officii est. Lingvis animisque favendo  
Quis non exultat? quis non applaudit? Et ipsi  
Nos Tibi Theologiæ summos gratamur honores.  
Hæretica dele porro mala tela cohortis!  
Vive valeque diu! succedant omnia votis!  
Hoc ab Honore legat tantos Ecclesia fructus,  
Quantos a PATRIS legit atque a FRATRIS  
honore.



Ung. VI 182

FLCN





# DECVS PALMARE,

QVOD

## V I R O

MAXIME REVERENDO, NOBILISSIMO  
ATQVE DOCTISSIMO

# CASPARO SCHERO,

VLSCAVIENSIS PASTORI,  
E COLDICENSIS ADIVNCTO  
MERITISSIMO,

XI. IVLII ANNO cIo DCC IX.

## D LICENTIA

SVM MOS IN S.S. THEOLOGIA  
S PVBLICE DISPVTARET,  
CONSECRARVNT

## MMENSALES RAMSDORFFIANI.

---

VITEMBERGAE,  
CHRISTIANI GERDESII.

